

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Vtrum Antichristus idolorum cultor sit futurus? Sectio VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

Vtrum Antichristus futurus sit deditus concupiscentiis  
fœminarum?

## S E C T I O . V .

I. **H**anc dubitationem excitamus propter locum illum Danielis 11. Deum p-  
Dan. xi. 37.  
atrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentijs fœminarum. Quem locum  
Septuaginta, teste D. Hieron. in comment. super Dan. ita transtulerunt. Et concu-  
Septuag.  
D. Hieron.  
piscentijs mulierum non subiacbit. Quod quidem in ea 70. interpretum translatione,  
quam nunc habemus, non reperitur: sic enim apud eos legimus ad verbum, επι  
ταῦτας δεὶς την πατέρων τούτων οὐδὲ θεού μάλα γυναικῶν, καὶ θεού των  
τελεούσιν πατέρων: hoc est, super omnes Deos patrum suorum non intelliget, & cu-  
per concupiscentiam fœminarum, & super omnem Deum nō intelliget. Quibus  
verbis, quia ambigua sunt, significatur, ut ipse met Hieronymus confiteatur, ha-  
bere eū concupiscentiam fœminarum, & non habere. Non habere quidem sita  
intelle exerimus: super concupiscentiam fœminarum, non intelliget: habere au-  
tem, si ita accipiamus: super concupiscentiā fœminarum, scilicet, erit. Iuxta pri-  
mam autem lectionem vult Hieron. sermonem esse de Antichristo, qui simula-  
turus est castitatem, ut plurimos decipiat. Lætæ secundum verbum de rego Antiocho,  
cuius fuerunt importunitissimæ libidines. Nostra vero vulgata vtrum quesum  
patitur si more Hebræorum præcedens negatio in posteriori quoque membro  
subauditur: & ita legamus: Deum patrum suorum non reputabit, & non erit in  
concupiscentiis fœminarum. Est enim idiotismus Hebræus, ut negatio in priori  
sententie membro expressa, in posteriori subaudiatur, veluti Esaiæ 53. Non erat  
affilius, & desiderauimus cum, id est, non desiderauimus eum.

II. **D**icendum igitur videtur, propter hanc lectionis ambiguitatē, Antichristum  
initio quidem simulaturum esse castitatem, ut ex Hippolyto superiori scđt. dixi-  
Hippolyt.  
Simulaturum.  
prisus castitia-  
te in omnem  
libidinem  
rueat. Anti-  
christus.  
Lyranus.  
Concilia-  
benevolientiam  
caſtitatis.

mus: sed vbi rerum potitus fuerit in omnē libidinem, & contumaciam ruiturum,  
ne dicamus homini omnium perditissimo commune naturæ vitium, & quod in  
homines plus quam reliqua dominatur, hoc est libidinem, defuturum. Quo etiam  
paecto responderet Lyranus in comment. super Dan. docēs Antichristum exterius  
quidem simulaturum esse castitatem, ut facilius decipiat: non futurum tamē ca-  
stitatis amatorem: sed aduertiarum, & libidini deditissimum. Quam ob causam  
arbitratur significatum fuisse à Iohanne Apocal. 17. per bestiam ascendenter de  
abyssō, eo quod bestia symbolum sit lasciviae, & libidinis homines bestiarum  
more vitam agant. Atque hinc licet colligere illustissimum castitatis encouium,  
cuius nimis tanta est pulchritudo, ut vel eius unius simulatione persuadere sibi  
debeat Antichristus fore, ut reliqua omnia sua vita, flagitiisque obtegantur: &  
sola opinione castitatis, ipse ad totius orbis monarchiam eucatur. Itaque homo  
ille peccati, & filius perditionis cum omnium se virtutum hostem profiteride-  
beat, non audēbit tam en aduersus castitatem aperto marte bellum gerere, quia  
cernet nihil esse, vel ad iniuidam confundam libidine efficacius, vel ad conci-  
liandam benevolentiam castitate praestans.

Vtrum Antichristus idolorum cultor sit futurus?

## S E C T I O . VI .

I. **V**identur quædā loca Scripturæ in speciem pugnare. Quædam enim docent  
Antichristū omnem omnino Deū abiectorum, nec aliquius alterius cultū  
2. Thes 2. 4.  
præter quam sui permisurū, veluti 2. Thess. 2. Et extollitur supra omne, quod dicitur  
Dicitur,

Dens, aut quod colitur. Et Dan. 11. Deum patrum suorum non reputabis, nec quenquam Deum curabis, quia aduersum uniuersa consurget. Alia vero videntur conceptis verbis dicere futurum Antichristum idolorum cultorem, veluti Dan. 11. Deum autem Maoz in Deum praeceps in loco suo venerabitur, & Deum, ignorauerunt patres eorum colet auro, & argento, & se coli patiente lapide pretioso. Ceterum proculdubio fatendum est Antichristum omnia idola ab olitum, nullumque Deum passurum in orbe coli praeter se: nam se tantum ab omnibus adorati faciet, idque manifeste docent duo priora testimonia: affit manque Cyril. Hier. catechesi. 15. D. Iren. l. 5. aduersus haereses c. 25. Hippol. D. Hieron. martyr serm. de consummatione mundi. D. Hier. in c. 11. Dan. Et in epist. ad Algasiam. q. 11. Theod. Oecumen. & Theoph. in comment. super. 2. ad Thessal. 2. Theoph.

Ad locum Danielis 11. de Maozin, duplex est responsio. Una Thcodoreti, qui existimat per Maoz in ipsummet Antichristum intelligendum esse Deum, inquit, forte potenter, (hoc enim significat Maozin) se ipsum appellat, illud enim, in loco suis, Lyran. pro se ipsum, posuit eriget enim sibi ipsi templo, & auro, & argento, ac lapidibus pretiosissima exornabit. Cui expeditioi consentit verbum Hebraicum, ut plerique annotarunt. Altera est Lyrani, & aliorum, qua videtur probabilius, respondentium Maoz in nomen esse proprium, significare certum aliquem Dæmonem, quem Antichristus priuatim colet: cuius nimis opera videbit indigere ad ligna sua, & prodigia perpetranda. Et quoniam in eo Dæmonem præsidium omne suum collocabit, vegerabitur illum sub nomine Maozin, qua vox interpretatur, Fortitudines, ut Deus Maozin, idem sit, ac Deus fortitudinum, siue Deus fortissimus. Itaque Antichristus occultè quidem, & priuatim Dæmonem adorabit, eisque erigerat, construētque simulachrum in auro, argento, & lapide pretioso, publicè tamen omnia idola excrabitur, & euertet, sive vnum faciet ab omnibus adorati.

Vtrum Anticheistus futurus sit secundum sectam Iudeus?

### S E C T I O . V I I .

I

L lud in primis pro certo statuendum, Antichristum simulaturum se esse Christum, siue Messiam, Iudeosque illum tanquam Messiam recepturos. Ita enim disertis verbis Christus prænuntiavit Ioan. 5. Ego veni in nomine patru mei, & non recipiſt me, si alius venerit in nomine suo illum recipiet. In candem sententiam interpretatur D. Hier. illud Dan. 11. Simulabit se Duxem fæderis, id est, Messiam Principem fœderis, & testam enti Iudeorum. Idemque affirmant D. Irenæus l. 5. aduersus haereses c. 25. Cyril. Hierosol. catechesi. 15. Hippol. Mart. orat. de consummatione mundi. Theod. in comment. super 2. ad Thessalon. 2. Erin Epitome Diuinorum decretorum c. de Antichristo. D. Hier. in epist. ad Algasiam q. 11. Seuerus Sulp. in vita B. Martinii. 2. D. Hilar. canone 25. in Matth. D. Amb. lib. 10. in Lucam. D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. c. 28. D. Greg. lib. 31. Moral. c. 10. Cyril. Alex. D. Chrysost. & D. August. in c. 5. Ioannis.

Secunda. Simulabit se gentis Iudaicæ maximè studiosum, Iudeosque præcipue coler, ut ipsi primi eū tanquam Messiam regemque recipiant, ut auctor est Cyril. Hier. catechesi. 15. Hippol. Martyr. oratione de consummatione mundi. Et B. Ephr. Syrus tract. de conluminatione seculi. Eamque ob causam Hebr. templum Hierosolymitanū instaurabit: quæadmodum testantur idem Autores loco citato & Rabanus Maurus tract. de Antichristo. Tertiò. Illud cōsequens est Antichristus futurum Iudaicæ legis cultorem, maximumque ceremoniarum legalium obfervatorem: quod ex eo perspicuum est, quia alicui qui nō poterit feliciter insinuare:

D. Ireneus.  
Dan. 11. 38.  
Nullus  
se coli pati-  
tur.

Antichristus

Cyril. Hier.

Hippolitus.

D. Hieron.

Theodore.

Oecumen.

Theoph.

IE.

Theodor.

Lyran.

Certum Da-

monem pri-

uatum coles.

Theod.

D. Hieron.

Hippolitus.

Cyril. Hier.

D. Ireneus.

Hippolitus.

Theodo.

D. Hieron.

Severus Sulp.

D. Hilar.

D. Chrys.

D. August.

II.

Cyril. Hier.

Hippolitus.

B. Ephrem.

Templum.

Hierosolyma-

tanum flaura-

bim gratia

Hebreorum.

Raban.

Iudaicam le-

genem obserua-

bit.